

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 145. Sessio VI. Saresberiensis Episcopi oratio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A.C. 1409.

§. CXLV.

*Seffio VI. Saresberiensis Episcopi  
oratio.*

Labb. Col-  
lect. Cong.  
tom. II.

Niem. l. 3.  
c. 3.

Seffio sexta die Martis trigesima Aprilis celebrabatur. Patriarchæ Alexandrino designatus erat locus a dextris medius inter duos antiquiores Cardinales, ejus vero Collegis Petro Fresnelio, & Ægidio de Campis ex eodem quidem latere, sed post S.R.E. Thesaurarium suas fedes occupantibus. A sinistris suus obtigerat locus Angliæ Legatis. Dein Episcopus Saresberiensis, Sacro per Episcopum Lexoviensem celebrato ad Concilii Patres dixit, orationi suæ præfigens textum Psalm. 88. *Judicium & iustitia præparatio sedis tuæ.* Nitebatur in ea demonstrare, quod antequam in hac causa ad ulteriora procederetur, ad servandam æqualitatem generalis subtractio obedientiæ decernenda esset, declaravitque, tam se, quam suos Collegas ad prosequendum unionis negotium necnon ad quævis, quæ per Concilium statuerentur, suo assensu firmandi auctoritate munitos esse. Postero die Burdegalensis & Hispanus Cardinales advenerant, quorum primus Cardinalitia dignitate decoratus fuit ab Innocentio VII Anno reparatæ salutis millesimo quadringentesimo quinto, & multo

multo senio confectus Anno supra mille-<sup>Sæcul. XV.</sup>  
simum quadringentesimo duodecimo ex A. C. 1409.  
hac vita migravit.

§. CXLVI.

*Session VII. Legatorum Ruperti pro-  
positiones confutatae.*

In Sessione septima die Sabbati quarta  
Maji celebrata, Petrus de Ancharano  
insignis Jurisconsultus, & Bononiensis  
Academiæ Doctor, atque Professor dubia  
a Romanorum Regis oratoribus proposi-  
ta confutabat, illaque omnino infirma,  
frivola, & nonnisi ad unionem impedien-  
dam conflata ostendebat. Postmodum  
recitata fuere eorum nomina, qui per  
Concilium ex diversis Nationibus selecti  
sunt Commissarii pro examinandis testi-  
bus, & recipiendis probationibus, pu-  
blico hujus mandati instrumento desuper  
erecto. Hi erant Cardinales Laudensis,  
& S. Angeli nomine utriusque Collegii,  
Episcopus Lexoviensis, cum tribus Docto-  
ribus nomine Franciæ, unus Doctor no-  
mine Angliæ, alias pro Provincia, ac duo  
pro Germania: nomina vero eorum, qui  
ex aliis Nationibus fuere deputati, igno-  
rantur. Moguntinus, & Coloniensis Lega-  
ti huic sessioni non interfuerent ob motum  
inter eos dignationis certamen, quæ ta-

N 4

men

copi  
April  
Ale-  
extris  
erdina-  
lio, &  
m la-  
n suas  
suus  
Dein  
r Epi-  
Con-  
figens  
ustitia  
ea de-  
caussa  
ndam  
obe-  
itque,  
quen-  
quæ-  
r, suo  
os ef-  
Hispa-  
n pri-  
s fuit  
alutis  
, &  
nulto